ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

BIOGRAFIE C.R.S.

n. 400

Curia Generalizia - Roma

→ Biografie cfr. n. 400

Arisi Francesco, Cremona literata. Tomo Terzo. Cremona, apud Petrum Ricchini 1741, a p. 200:

«**IOSEPH MARIA CIRIA** elegans Poeta in carminibus latinis pangendis. Extant eius

Epigrammata, et Ode pro Elogiis doctorum Virorum in Museo Historico Ioannis Imperialis, edito Venetiis (1640 ndr) apud Iuntas nimirum Epigrammatibus Cardin. Iacobi Sadoletti, Philippi Comines, Hieronymi Vidae nostri, Cornelii Mutii, Io. Baptistae Portae, M. Antonii Maioraggi, Ioannis Baptistae Guarini, Philippi Fabri, Ludovici Septalii, *Ode vero Saphica* in laudem Ioannis Georgii Trissini, *et Alcaica* pro Torquato Tasso; quae quidem Ode pro Trissino videtur nuperrime impressa in fronte operum eiusdem, nodo collectorum, et editorum per laudatissimum Virum Marchionem Scipionem Maffeum Veronensem.

Vereor tamen, ne iste Ioseph Maria sit idem cum Angelo Maria, Ordinis Serv. Theati Archiepiscopi, de quo egimus sub litera A, retento per eum in hac carminum serie, nomine, antequam religionem ingrederetur. At de hoc latius indagare opus non est».

400

P. CIRIA GIUSEPPE

(RACCOLTA P.F. ROSSI)

Archivum historicum Genuense
Personae
P. Ciria
S-571-11
C. R. a Somascha

FEBBRAIO 1984

CATALOGO



BUFFETTI EDITORE

Stampa propagandistica bimestrale - Anno 2 - n. 1 - Gennaio-Febbraio 1984
Sped. abb. post. - Gruppo V - Vendita per corrispondenza

Biblioteca San Severino Marche (Raccolta P. F. Rossi)

P. Giuseppe - Maria Ciria Ch. R. S.

Il P. Gius. Maria Ciria di nobil famiglia Cremonese entrò nel Collegio Clementino l'anno 1618. Professò l'istituto dei Somaschi ai 27. Gennaro del 1633. lasciando il nome di Carlo, che aveva al secolo. Il suo valore nelle Belle Lettere il fecero giudicar degno di essere poco dopo destinato ad insegnarle nel Collegio stesso, ove aveva avuta l'educazione. Qui si distinse singolarmente nella poesia latina, ed erano molto riputati i suoi componimenti. Nove suoi Epigrammi latini, e due Odi nell'istessa lingua si veggono stampati nell'Opera: <u>Musaeum Historicum</u>, <u>et Physicum</u> Ioannis <u>Imperialis</u>. <u>Venetiis 1640</u>. Le dette poesie sono in lode di celebri Letterati, di cui l'Imperiali parla in quell'Opera, tra' quali del Trissino, del Tasso, del Vida, del Majoragio, del Guarino. Furono perciò alcuni ristampati da quegli Autori, che scrisser le Vite di alcuni di essi, come ho potuto vedere nelle Vite del Trissino, e del Majoragio; come pure nell'Edizione fatta da Scipione Maffei delle Opere del Trissino. Altri suoi versi si leggono nel Tomo III. della Raccolta:

Carmina illustrium Poetarum Italorum a car. 404. e seguenti. Parla di lui l'Arisi nel T. III. Della sua Cremona Letterata, ma commette diversi sbagli, confondendolo con un altro di tal cognome. Morì ancor giovane in Napoli alla fine di Settembre del 1642. in età di anni 40. circa, e nel 1660. rimase estinta la sua famiglia benemerita del nostro Collegio di S. Lucia in Cremona.

(Così lasciò scritto del P. Ciria l'erudito P. Ottavio Maria Paltrinieri C. R. S. nell'Opera, non ancor tutta stampata: Biografia di 600. circa Uomini illustri per dignità Ecclesiastiche e Secolari etc. i quali furono educati nel Collegio Clementino di Roma, Roma 1840.)

Biogr. n. 0400

Giuseppe Maria Ciria di nobil famiglia Cremonese entrò in Collegio l'anno 1618. Professò l'istituto de' Somaschi ai 27. Gennaro del 1633. lasciando il nome di Carlo, che aveva al Secolo. Il suo valore nelle Belle Lettere il fecero giudicar degno di essere poco dopo destinato ad insegnarle nel Collegio stesso, ove aveva avuta l'educazione. Qui si distinse singolarmente nella poesia latina, ed erano molto riputati i suoi componimenti. Nove suoi Epigrammi latini, e due Odi nell'istessa lingua si veggono stampati nell'Opera Musæum Historicum, et Phisicum Joannis Imperialis. Venetiis 1640. Le dette Poesie sono in lode di celebri Letterati, di cui l'Imperiali parla in quell'Opera, tra' quali del Trissino, del Tasso, del Vida, del Majoragio, del Guarino. Furono perciò alcuni ristampati da quegli Autori, che scrisser le Vite di alcuni di essi, come ho potuto vedere nelle Vite del Trissino, e del Majoragio; come pure nell'Edizione fatta da Scipion Maffei delle Opere del Trissino. Altri suoi versi si leggono nel Tomo III. nella Raccolta: Carmina illustrium Poetarum Italorum a car. 404. e seguenti. Parla di lui l'Arisi nel T. III. della sua Cremona Letterata, ma commette diversi sbaglj confondelo con un altro di tal cognome. Morì ancor giovane in Napoli alla fine di Settembre del 1642. in età di anni 40. circa; e nel 1660. rimase estinta la sua famiglia benemerita del nostro Collegio di S. Lucia di Cremona.

(tratto da: Paltrinieri Ottavio crs., Biografia di seicento circa uomini illustri … educati nel Collegio Clementino, ms., Roma 1840 [ASPSG CRS Auctores, P.O.23], c. 236).

P. CIRIA GIUSEPPE MARIA 400

Elogio negli Acta Congregationis: " cremonensis initio elapsi saeculi votis Religionis nostrae se obstrinxit. In oratoria et poetica facultate maxime excelluit, saepe enim ex immensis oratorum campis ad amoenissima Musarum viridaria se recepit hausitque ex eis tam Etruscae quam Latinae linguae suavitatem, venustatem et gravitatem. Duas Odas composuit et evulgavit, primam in laudem episcopi Malloni crs. an. 1634, Romae; secundam in commendationem Torquati Tassi, ven. 1640; item plurima'Epigrammata de viris illustribus ', in Musaeo historico Imperialis apus Junctasn cuso dictis anno et loco ".

Dopo aver fatto la professione a Cremona nel 1633, fu mandato ad insegnare nel seminario Patriarcale di Venezia, dove é presente qualificato come maestro l'anno 1635.

Morì prima dàl 1650, perché non lo troviamo più elencato nei registri di quest'anno. Morì in Napoli nel sett. 1642.

L'Arisi " Cremona letterata, pag. 200) fa elogio di P. Ciria, e lo chiama " elegans poeta in carminibus latinis pangendis " Fa l'elenco degli uomini illustri da lui celebrati, e cita ancora una Ode alcaica in lode di G. Giorgio Trissino, oltre quella per il Tasso.

Delle due opere accennate nell'Elogio siamo riusciti a ricuperare le seguenti:

mperialis Ioannes, Musaeo historico et phisico. Venetiis 1640
Biblioteca Angelica, KK. 9. 32)

. 15-18: HIERONYMUS FRACASTORIUS.

. 23-25: JACOBUS SADOLETUS. A p. 25 c'è una poesia di "Josephi Mariae Ciriae":

"Quid, Sadolete, iuvat sacratae purpura frontis,
Serto et Apollineo quid redimita coma?
Mors si pro lauru dedit invidiosa cupressum,
Ostriferum texit vertis et atra caput?
Sed, quoad sustulerat tibi, iam cum foenore reddit
Unius invictae mentis ad Imperium".

. 29-31: PHILIPPUS COMMINEZ Argentoni Dominus. A p. 31 poesia del P.Ciria:

"Romuleis Taciti fastis pulcherrima rerum
conspicitur series, eloquiumque grave.
Ast, tua si monumenta lego, meus ilicet ardet,
Reous et eximiis capta repente stupet.
Argento ne magis riguo decorentur, an auro,
Ambigit; ast auro plus decorata videt.
Sic est, Argentone, tuis argentea libris
Copia: at aurifero pectore tota fluit".

. 35-37: HIERONYMUS VIDA. A p. 37 poesia del P.Ciria:

"Grande Pedum micuit, dextra, rectumque sacrata est,
Cinxit Apollineum cum tibi Mitra caput.
En te iterum maestro Imperialis avena sepulcro
Vindicat, et superas cogit inire vias.
I, pete felici stellatas omine sedes,
tetraque funereae desere tecta pyrae.
Haec te penna magis sustollet in aera: quam, si
Turrigerum patriae te vehat axe iugum".

. 42-46: IOANNES GEORGIUS TRISSINUS. A p. 44-46 poesia di P.Ciria:

"Fama centenis animata linguis
Aureo pergat resonare cornu
Trissini busto super, et iacentes
Excitet umbras.
Fas ubi tristi gemuere luctu
Aera: iam partum recinant trophaeum
Faustitas, et pax, et amica festo
Gloria plausu.
Heu! Nimis saeva truculenta falce
Perculit doctos Libitina manes,
Nobiles, et iam satis occupavit
Urna triumphos.
Heu! Truci quantum furibonda nimbo
Dira fatorum fremuit procella:
Luce iam pulsis rutilet serena
Nubibus aether.
Quid minax frustra tonat ira laethi?
Stravit heroem tumulo, sed orbe
Fama decantat, meritoque ovantem
Reddit Olympo.

Ingeni lumen, nitor o decore
Urbis, et rarum iubar o tuorum
Civium claris, patrieque gestis
Inclyta lampas.

Vena virtutum, elogiique torrens
Plenior vasto exuberante Nilo
Non sine argenti liquidi susurro
Qui petit aures.

Aequa te Romae stupuere rostra
Tullii cum alto loquereris ore
Trissine, et tota gradereris urbe
Celsior astris.

Summa te regum coluere sceptra
Te mytrae insignes, nitidisque fasces,
Et togae, ut pulchrum diadema crines
Cinxit honestos.

Inter et laudes, solidosque plausus,
Te favor vexit genialis aurae,
Et triumphantem populi per ora
Te iubet ire.

Eia sublimes perarato campos,
Trissine, illustri redimite lauru:
Surge, quid vilis cinis implicatos
Distinet artus?

Ito; quid languor gravis otiosas
Comprimit plantas, animosque nectit;
Dedecet pigro generosa saxo
Membra cubare.

Icari dorso cecidere pennae,
Quas calor Phoebi nimius perussit
Mersus in pontum, Icariosque fecit
Nomina Ponto.

Pegaso fisus domitor chimaerae
Desuper celsae equitare nubes:
Ima sed turpi premit arva lapsu
Dum petit astra.

Tu decor Pindi, atque Heliconis undae
Alta Parnassi iuga tranvolabis:
Demigra, quo te ciet auspicato
Fama volatu.

Non tibi casus timor expeditas
Compede iniecta cohibebit alas:
Sospitem sed te Imperialis axe
Penna locabit".

p. 67-70: CORNELIUS MUSSUS episcopus Bitontinus; a pag. 70 poesia di P.Ciria:

"Cum olim Musse tuis resonarent pulpita labris
Pectora traiiceres, fulmineaque face:
Ferrea, et auriferis religares corda catenis,
Eloquium gentes obstupuere tuum.
Ingenium Imperiale tuo dat maius honori
Nunc decus, et fari post quoque fata iubet".

110-112: MARCUS ANTONIUS MURETUS

122-124: JOANNES BAPTISTA PORTA. A pag. 124 poesia di P.Ciria:

"Te decuit varias hominum spectare figuras
Curaque de facie noscere quemque fuit.
Sed tua iam facies ferali pallida busto
Clauditur aethereas non subitura fores.
Tu sis Porta licet: numquam tamen astra patebunt.
Imperalie decus ni tibi pandat iter."

125-127: MARCUS ANTONIUS MAJORAGIUS. A pag.127 poesia di P.Ciria:

"Torrenti similis locuples opulentia linguae
Visa simul docto cum Cicerone loqui.
Ecce sed exanguis tumulo liquor aureus aret,
Cognatum ad cinerem, venaque prima redit.
Nullaque facundis superesset gratia labris,
Ni modo facundus te cecinisset olor."

128-130: JOANNES BAPTISTA GUARINUS. A pag. 130 poesia di P.Ciria:

"Ergo Guerine, iaces decor inclyte vatum,
Atque Aganippaei gloria rara iugi!
Quid fidi cecinisse iuvat pastoris amores,
Comptum et Apollinea fronde tulisse caput?
Si extinctus palles fatali fulmine laethi,
De claro et superest pectore sola cinis?
Surge tamen coeno, in caelum Imperialis arundo
Te vehit, et superum tecta subire iubet.
Nil valet imperium, et ius intractabile mortis.
Imperiale pati cogitur ipsa iugum."

131-135: TORQUATUS TASSUS. A pag. 134-135 poesia di P.Ciria:

"Abscede vulgus: nil trivialibus
Miscere plectris nunc libet: aurea
Sed fila sublimis Camaenae
Pindarica stimulare buxo.
Te claram amenae lampada Phocidos,
Torquate dicam: te radiantibus
Sertis coronarum reclivem
Non humili memorabo cantu.
Sic vota currunt: quis mihi grandia
Nunc vate tanto carmina deneget:
Si corda Phoebei furoris
Aestibus incaluere miris?
Iam iamque sanas in furias ruit
Meus providenti fervida pectore:
Dum busta Torquati iacentis
Me iubet Imperailis ardor
Inusitato pandere barbito:
Magnique vatis me cineres iuvat
Situque torpentes, geluque
Organicis animare flammis.
Torquate, quae te segnities gravat
Foedoque cogit serpere pulvere?
Exurge coeno, sordidoque
Mitius irradiantis astrum

Tuere coeli: moenia patriae
Locata clivi vertice floridi,
Rupesque cultas, et feracem
Planitiem locupletis agri:
Ortosque laetos, et viridaria,
Domosque celsis molibus inclytas:
Tecumque deducas catervam
Castaliam, indigenasque Pindi
Beatiorum per iuga montium:
Phoebus relicta et sede domestica,
Clivoque Parnassi bisulco
Adsit: Apollineusque caetus
Una cavatis vallibus aurea
Lacessat Echo vocis imagine:
Nunc collis excelsi cacumen,
nunc humiles feriatque campos.
Sed quid decorae spicula gratiae
Fulgore miro nunc mea lumina
Defixa percellunt: sereni et
Egregius micat oris ardor;
Verique pugnax nobilis indoles,
Germana virtus, et decor aureus
Mentis venustae, phoederati
Pervigil ingeniique candor?
Quid Tassi Hetruscis metra leporibus
Permixta vernis floribus inseram:
Condita dulci verba rythmo,
Et numeris modulata magnis:
Quid sacra Christi busta tyrannide
Sudducta Tracis: dira Othomanicae et
In bella Gothphrido irruente
Cornua dilacerata Lunae?
Sed iam diserti fulmina gutturis
Vibrata, Musae desidis arguunt
Cantus, verecundisque functum
Barbiton increpuere nervis.
Meus indecoris acta furoribus
Quo nunc oberras? Desine pervicax
Referre Torquati eminentis
Gesta gravi recinenda plectro."

p. 179-182: PHILIPPUS FABER. A pag. 182 poesia di P.Ciria:
"Ardua cum summi penetres arcana tonantis,
Ingenio subeas, Sydereasque domos:
Ipse tuae Scotus miratur mentis acumen,
Te Sophus argutus, theologusque stupet.
Docta theatralis miratur et exedra circi,
Palladiique simul gymnica arena fori.
Iure Faventinum venerentur quaeque Lycea;
Namque novus celebri promicat arte Faber."

P. 183-185: LUDOVICUS SEPTALIUS. A pag. 185 poesia di P.Ciria:

"Quid iuvat eximia praecellere in arte medendi
Septalie, in tumulo si tua membra cubant?
Torpentes animos, et inertia corpora tolle:
Languor abit, rediens ossa subitque vigor:
Hippolitum Phoebo genitus revocavit ad auras:
Te medici calamus sidera ad astra vocat."